

minibus mergitur, nec tamen submergitur: vivaria, stagna,
maria omnia expiscatur: mox in aërem tollitur, evolat, &
genus avium omne pennis condecoratum insidiosè persequitur.
O verè cordatos & prudentes Galliarum Reges, qui men-
tis acumine hæc perspicientes severè agrestibus venatione in-
terdixerunt. Suspicio quippe erat, ne paulatim humano in-
genio deposito silvestre & beluinum induerent, & à ferarum
mactationibus ad hominum lanienam animum traducerent.
Rectius multò agrorum culturæ hoc modò prospectum est, ne
agrestes eandem lepusculi unius vel alterius venationi postpos-
nerent, & unius cœnæ ferculo ingentem annonæ pro-
ventum commutarent. Promptum hinc & expeo-
ditum est cuivis, eò magis à venationum stu-
diis abstinendum esse, quò eadem minus
emolumentis & commodi hu-
manis usibus afferre
solent.



ASSER-